

Disco 16 – Extra tekst 3

Inleiding: De laatste koning van Rome was Tarquinius Superbus, een tiran die er niet voor terugdeinsde om wie het niet met hem eens was te doden. Op een dag zag Tarquinius een slang uit een houten zuil te voorschijn komen. Hij dacht dat het een onheilspellend voorteken was en wilde graag weten wat het precies betekende. Daarom zond hij zijn twee zonen naar Griekenland om het orakel van Delphi te raadplegen. Als reisgenoot ging hun neef met hen mee, die ze Brutus (stomkop) noemden. Maar hij blijkt zo dom nog niet te zijn!

Verba oraculi eveniunt

Reges e gente Tarquiniorum multos iam annos regnabant. Lucius Tarquinius, ultimus Romanorum rex, vir impius erat; itaque Romani ei nomen ‘Superbum’ dederunt. Is socerum, bonum illum regem Servium, e sede eius impie pepulerat militesque deinde iusserat eum necare. Praeterea inimicos magna vi et dolis **scelestis interfecerat**. Nunc anxiae curae regem, cui non iam amici erant, ét nocte ét luce vexabant.

Quodam die **hic serpentem** in regia apparere vidit. Serpens **ille** eum valde anxium fecit, quod signum deorum esse putabat. **Hoc** signo territus Delphos, ad oraculum, misit filios suos, Titum et Arruntem, cum filio Tarquiniae, sororis suae, Lucio Iunio Bruto.

Hic Brutus, postquam audivit regem duces urbis - in quibus fratrem – **sceleste interfecisse**, vitam suam servaverat per simulationem stultitiae. Igitur Tarquinius eum valde brutum esse credebat. Propter **hanc** causam homines ei cognomen ‘Brutum’ dederant.


Itaque **illi** filii regis eum Delphos duxerunt. Ibi iuvenes oraculum de **illo** serpente rogaverunt, dum ét **hoc** cognoscere volebant: “Cui e nobis post mortem patris regnum erit?” Deinde **hanc** vocem magnam audiverunt: “Potestas Romae, o iuvenes, ei e vobis erit, qui primus matrem osculo salutaverit!”

Dum Tarquini de **his** verbis cogitant, Brutus per simulationem ad terram cecidit et ei clam osculum dedit. Comprehenderat enim terram hominum matrem esse.

Brutus, ut multi vestrum bene sciunt, iam cito regem **illum** Superbum, postquam quinque et viginti annos superbe regnavit, ex Urbe pepulit et rempublicam condidit. Is in nova republica consul primus erat cum **illo** Lucio Tarquinio Collatino, coniuge Lucretiae **illius** miserae.

Woordjes:

oraculum = orakel / ultimus = laatste / socer, mv. soceri = schoonvader / inimicus = vijand / quodam die = op een zekere dag / serpens, -ntes (m en v) = slang / regia = paleis / Delphos = naar Delfi / suos = zijn / Arruns, acc. Arruntem / suae = zijn / per simulationem stultitiae = door te doen alsof hij dom was / brutus = dom / erit = (hij, zij, bet) zal zijn / primus = eerst(e) / salutaverit = (hij) zal hebben begroet / per simulationem = zogenaamd / comprehendere, comprehendi = begrijpen / viginti = twintig /



• Cum fodet ferro castum lucretia pectus .
 • Sanguinis et torrens egrederetur ait .
 • Procedant testes / me non fauisse tyraño
 • Sanguis aput manes spiritus ante deos
 • Von lucretia das xlvij capl.